



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

CXXI. Bischof Johann von Camin verschreibt Allen, die zum Bau und zur
Einrichtung des Fremdenhospitals in Prenzlau beitragen, einen Ablass, am
1. November 1357.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

CXXI. Bischof Johann von Camin verschreibt Allen, die zum Bau und zur Einrichtung des Fremdenhospitals in Prenzlau beitragen, einen Ablass, am 1. November 1357.

In nomine Domini Amen. Johannes, Dei gracia Episcopus Ecclesie Caminensis, Univerſis Christi fidelibus ad quorum noticiam presens Scriptum pervenerit Sinceram in domino Karitatem. Deum Omnipotentem credimus habere propitium cum ejus deuotos per donationem Elemosinarum et indulgentiarum remissiones ad Karitatis Opera facienda incitamus. Cupientes igitur piam intencionem Christi fidelium conceptam et inchoatam in fundacione cujusdam Domus prope muros Civitatis Premzlaw, in Nova Civitate ibidem pro receptione et Hospitalitate pauperum Christi et peregrinorum degentium suo amore prosequi Speciali. Omnibus vere penitentibus et contritis, qui pro edificatione, emendacione, ampliacione, melioracione et reformatione ejus, nec non ad lectifernia ac alia necessaria ejusdem Domus manus suos porrexerint adutrices aut qui in testamento vel extra ad premissa aliquid legauerint, seu ab alijs legari procurauerint, quocienscumque et quandocumque quodlibet horum cum deuocione fecerint, de omnipotentis dei Misericordia et beatorum Apostolorum Petri et Pauli ejus Suffragiis confisi, quadraginta Dierum indulgentias et unam karenam de injunctis sibi penitencijs in Domino misericorditer relaxamus. Presentibus vero extra fines Parrochie Premzlaw minime valituris. Datum Premzlaw, Anno Domini M^o. CCC^o. Quinquagesimo Septimo, Ipso Die omnium Sanctorum, nostro sub Secreto.

Gundling'sche Urkundenſammlung III, 2. S. 345.

CXXII. Der Rath zu Prenzlau fertigt einen Boten in die Umgegend ab, der milde Gaben zur Errichtung des Hospitals in der Neustadt einsammeln soll, am 29. August 1358.

Quia secundum Apostolum omnes stabimus ante tribunal Dei, ut referat unusquisque prout gessit in Corpore et que homo seminavit hic et metet; Oportet igitur diem Messionis extreme bonis operibus et pijs elemosinis prevenire, quatenus congritor et Judex occultorum poterit pro tunc placabilis inveniri, quod tunc fieri creditur, cum Christicole in operibus misericordie se studuerunt exercere. Hinc est, quod Nos Consules Civitatis Prinslaw, lucide profitemur, coram univērsis presentia Visuris seu audituris, quod cum nostris Concivibus potioribus dilectis Elemosynis eorum ad hoc actu applicatis fundavimus unum Hospitale in nostra nova Civitate, in quo Pauperes Peregrini et indigentes in Itinere salutis huc et illuc proficiscentes debeant hospitari, quod etiam Venerabilis in Christo Pater et Dominus, Dominus Johannes, Episcopus Caminensis, confirmavit et quadraginta dies indulgentiarum de injunctis sibi penitentijs quibuscumque, qui manus suas porrexerint ad hoc adiutrices, apoluit et donavit. Volentes nihilominus illud Hospitale ampliare et emendare, ut quicumque venerit ad illud Hospitando, quod ei potus et panis ministrari poterit atque dari et illud ad plenum facere nequimus, nisi proborum et deuotorum auxilio mediante; Ideo univērsis Christi fidelibus per presentia et cum presenti nuncio Christiano Girswaldis emisso requisitis